totaliter et plenarie incorporando atq[ue] inserendo palam libere
publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum
seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo
et invicem de contractu certo inter se Recognoscentes ratio:
ne quarumvis rerum et conditionum in eodem Contractu
specificatarum, de actu et data illius feriâ Premysliae sabba:
tho pridie Festi Sancti Valentini Presbiteri et Martyris Anno Mille:
simo sexcentesimo septuagesimo secundo proxime praeterito con:
fecto ac conscripto manibus sui Recognoscentium subscripto
Vadio Mille Ducentorum Sexaginta Florenorum Polonicalium fir:
mitate et Actis Authenticis Regni roborato, necnon de eadem ipsa
Inscriptione Roboratoria ac eiusdem Inscriptionis Roboratoriae
Conditionibus punctis clausulis articulis, Vadio ligamentis ac
nexibus generaliter omnibus, ac aliis quibusvis manifestati:
onibus protestationibus praetensionibus, respectu eiusdem Con:
tractus inter partes Utrasq[ue] intercedentibus ob sufficientem
et plenariam sibi Recognoscentibus ab Utrinq[ue] praestitam sa:
tisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt liberosq[ue] et abso:
lutos faciunt et perpetuo pronuntiant Contractum eun:
dem cum eius Inscriptione Roboratoria ac quasvis manife:
stationes, et praetensiones Cassant mortificant et annihilant
sibi suisq[ue] posteris ratione praemissorum omnium perpetuum
imponendo silentium.

Dwernicki in rem Kamien:ski Scriptum Roborat.

1343

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea:
libus Premysliensibus personaliter Comparens Generosus
Theodorus Dwernicki sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibus:

nis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren:
si Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum hunc
stanet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo reclam
libere publice ac pure expresse recognovit. Quia ipse se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat
praesentibus, scriptum certum manuale per se Recognoscentem
in rem et manus Generosi Stanislai Kamienski ratione cer:
tarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali con:
tentarum, de actu et data illius in Laniniacz die Sexta
Martij Anno praesenti confectum conscriptum et datum manu
sui Recognoscentis propria subscriptum, Vadioque Quingentorum
Florenorum Polonicalium ad tenendum firmatum, in omnibus
et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus punctis, clau:
sulis, articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter omnibus
eidem Generoso Stanislao Kamienski ipsiusque posteris firmiter
tenere complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque
et singulis illius contentis, tam in toto quam in quavis minima
parte toties quoties opus fuerit, satisfacere scriptum praefatum
manuale, ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscri:
ptionem praesentem Roborationem ad praedictum scriptum ma:
nuale vicissim in toto referendo idque sub Vadio Quingentorum
Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem, vel eius
posteros suprascripto Generoso Stanislao Kamienski sive eius
successoribus, ob non complementum contentorum scripti eiusdem
manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte
toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo
quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo
ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem ma:
nualis non completa complenda, citatus existens invadiis

Recognos:

Recognoscens Generosus Theodorus Dwernicki sive eius successores ad Instantiam praefati Generosi Stanislai Kiemienski sive illius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu supraescripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare subinpraeve respondere, Vadium praefatum Luero Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, sese ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios Visum infirmitate pro maiori minoreve aetate, successionem legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Curiam, Vel aliis quibusvis, dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel duplicatis evadendo, suspensionibus, fatalibus iuris praescriptione, Tenestri Sionibus, et aliis omnibus iuris remediis et de bello convictione, et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Sabbatho post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. ii/III